

4^o P. lat. rec. 834

Inuic^o 843.

4^o P. lat. rec. 834



IN HOC LI

BELLO HAEC HABENTVR.

ORATIO DOMINICA IN

*uersus adstrieta Caspare Vrsino
Velio authore.*

AVREA CARMINA PY-


*thagoræ græce. ac deinde latina eo=
dem Vrsino interprete.*

EIVSDEM EPISTOLA

ad D. Erasmi Rhoterodamun.

EIVSDEM VARIA

Epigrammata.



MAGNIFICO ET STRENO EQVITI

D. Sigismundo ab Herberstein illustrissimi & serenissimi

Archiducis Ferdinanda consilij Caspar

Vrsinus Velius. S. D.



AE homo per commodus est, & sua sponte offi-
tiosus uir tersissimus Ioannes Dantiscus Regius
Orator, qui nuper literis suis, me tibi peculiariter
commendauit. Equidem ut minime promerebar
laudem tanti uiri, ita neq; id petere ab illo cum hic esset audebam,
neq; sperabam facturum. Explicauit mihi longa & peramica
oratione uir clariss. Wolfgangus Kernbeis tuam erga me prop-
sam uoluntate, solidaq; & certa amoris inditia abunde exposuit.
Pergratus erat nuncius quo certior fiebam in sperato me amicia-
tiam alieno officio praesertim tanti uiri lucratum esse. Atq; ego
cum sim obseruantijs, eorum hominum quorum nobilitas erudi-
tione, ac rerum plurimarum peritia illustrata magis ac magis
clare scit. haberemq; in manu hac pauca & pbreuiata poemata,
& decernerem impressa edere, ne longius disquirerem patronu,
te idoneum iudicauit, cui inscripta mitterentur. simul ut hoc mu-
nere per exiguo testarer me plurimi facere amorem tuum, simul
ut uel hinc eliceret signa obseruantiae erga te meae certe non uul-
garis. Primum esse locum uolui orationi Dominicae, qua quid usq;
est sanctius, uenerabilius, ac quid magis salutare? eam in equo in-
ductu lecti si. & probati si. hois Iusti Ludouici Detij Regis Po-
loniae a secretis Bononia Ferrariam proficiscens uersibus non ita mul-
tis adstrinxi. Secundo loco aurea carmina Pythagorae siue ut alij
malut Philolai Crotoniatiae constitui ut habentur apud Graecos.
eisq; subiunxi translationem meam pene totidem uersuum. Post hos

Epistola collocata est ad D. Erasmum Rhoerodamum. quam haud
inepte graece appellaueris ἰσοπικὴ id est itineraria, qua re-
ditum meum Viennam Basileam breuiter descripsi. Postremo uaria
epigrammata ceu auctarium adieci. Habes Vir Magni-

fice ac strenue farraginem operis perua-

rii, & tamen haud longi: quod ubi

tantum otij fueris nactus non gra-


uate legas, ac lectum boni

consulas. Viennae

Mense Maio:

Anno &c.

XXIII.



A 2

ORATIO DOMINICA.

ΧΡΥΣΑ ΒΗΗ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ.

Omnipotens aeternae patris super aeterna gubernans,
 Cuius perpetuo nomen sanctum omnibus esto.
 Iam regni propius leges, & sacra patefiant
 Iurati: praesensque animis illabere nostris.
 Tu regere arbitrio aeterno simul omnia dignus
 Per terras hominum, & caeli radiantia templa.
 Da pater aetheris dapibus sine crimine uesci
 Nunc, olim, quocumque die, noxamque remitte
 Et scelerum poenas: nos ut debentibus ultro
 Cuncta redonamus, culpaque ignoscimus omni.
 Eia age Summe pater postremo & pelle nocentes
 Pelle hostis procul insidias tentantis iniquas.
 Eripe nos inuicte malis dignatus acerbis
 Hinc prohibere minas, tristesque auertere casus.

ΧΡΥΣΑ

Aθανάτου, μὲν πρῶτα θεοῦ, νόμῳ ὡς διάκενται
 τίμα, καὶ σέβου ὄρκου, ἔπειθ ἤρωα ἀγαθοῦ
 τῶν τε κατὰ χθονίους σέβου Δαίμονας ἔννομα βῆζωμ
 τούτῃ τε γυνῆς τίμα, τούτῃ τ' ἀρχιστ' ἐκγεγαῶτας
 πῶν δ' ἄλλων ἀρετῆ ποιεῦ Ὀίλομ, ὅστις ἀριστος,
 πρῶτος δ' εἶκε λόγους, ἔργουσί τ' ἐπωφελίμοισι.
 μήδ' ἔχθαιρε Ὀίλομ σὸν ἁμαρτάδους εἶνεκα μικρῆς
 ὄφρα δάωμ, δάωμ μιν ὡς ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει
 ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι. κρατέμ δ' εἰδίξειο πῶν δ' ε
 γαστρὸς μὲν πρῶτα, καὶ ὑπνου, λαγνείης τε,
 καὶ θυμοῦ. πρῆξις δ' ἀχρόμωποτε μήτε μέτ' ἄλλῃ
 μήτ' ἰδίη. πάντων δ' ἐμάλιστ' ἀχάωεο σ' αὐτόμ.
 εἶτα δικαίω σάωωμ ἀσκήμ ἔργω τε, λόγω τε.
 μήδ' ἀλογίως σ' αὐτόμ ἔχειμ. πρὶ μηδὲμ ἔριξῃ.
 ἀλλὰ γινῶθι μὲν ὡς δ' αὐέμ πέπρωται ἄπασι.
 πρῆματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι Ὀίλι, ἄλλοτ' ὄλεσθαι
 ὁσάτε δ' αὐ μόνιησι τύχαις βροτοὶ ἀλγὲ ἔχουσιμ
 ὧμ ἅμ μοῖραν ἔχης πρῶως φέρε, μήδ' ἀγανάκτη
 ἰάσθαι δὲ πρῆπει καθόσομ δάωμ, ὧδ' ε δὲ φράζωμ,
 οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι
 πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι, δ' ἴλοίτε καὶ ἔσθλοι
 προσώπιπ' ὧμ μήτ' ἐκπλήσσο, μήτ' ἀρ' ἐάσῃς
 εἰσγεσθαι σ' αὐτόμ. μὲν δ' ἔμ πέρτι λέγεται
 πρῶως ἴσθ, ὅ δ' ἐπι ἐρέω ἐπὶ πάντι πελέσθω,
 μηδ' εἰς μήτε λόγω σε πρῆίπη, μήτέτι ἔργω.
 πρῆξαι μήδ' εἰ πείμ, ὅ, ἴ τοι μὴ βέλτοσθ' ὄσθι.

Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέλῃται·
Δαίλοῦ τοι πρὴσφύτε, λέγῃντ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρῶς
ἄλλὰ τὰ δ' ἐκτελέψῃ, ἃ σε μὴ μετέπειτ' ἀνήσῃ.
πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ πίσασαι, ἀλλὰ διδάσκει
ὅσα χρεῶν, ἠὲ τὸς πνότεατον βίον ὧδ' ἐδίξας.
οὐδ' ὑγιεινὸς τίς πρὶ σῶμα ἀμέλειαν ἔχει μὴ
ἀλλὰ ποτὺ τε μέτρον, ἠὲ σίτου, γυμνασίω τε
ποιεῖσθαι. μέτρον δὲ λέω τὸ δ', ὃ μὴ δ' ἀνήσῃ.
εἰ δὲ ζῆλον δὲ δίαται ἔχει κατὰ δόξαν, ἀδρυπτόν
ἠὲ πεφύλαξέ γε ταῦτα ποιῆν, ὅποσα φθόνον ἴχῃ
μὴ δ' ἀπαυῶν πρὸς κατὰ δόξαν, ὅποια καλῶν ἀδανάμων.
μὴ δ' ἀνελεύθῃρος ἴσθι, μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσι μῆτρον.
πρῆσσε δὲ ταῦτ' ἃ σε μὴ βλάβῃ, λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.
μὴ δ' ὑπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
πρὶν τῶν ἡμῶν ἔργων τρεῖς ἔκασον ἐπελθῆναι.
πῆ παρέβλω, τί δ' ἔρεξας; τί μοι δέομ οὐκ ἐτελέσθαι,
ἄρξά μινος Δ' ἀπὸ πρῶτου, ἐπέξειθι καὶ μετέπειτα.
Δαίλα μὲν ἐκπρήξας, ἐπιπλήσας, χρεῶν δὲ, τέρπει,
ταῦτα πόνοι, ταῦτ' ἐκμελέτα, τούτων μὴ ἔρξῃ σε
ταῦτά σε τίς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνην θήσει
ναὶ μὰ τὸν ἄμετρετα ψυχῆ πρὸς ἀδόντα τετρακτῶν
παγὰρ ἀννάου φύσεως, ἀλλ' ἔρχου ἐπ' ἔργον
δειῶσιν ἐπὶ ξάμνονος τελέσαι. τούτων δὲ κρατήσας
γνώσῃ ἀδανάτων τε δειῶν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων
σύσασιν, ἢ τε ἔκασα διέσχετα, ἢ τε κρατῆτα
γνώσῃ Δ' ἢ δέμεις ὄσιφύσιν πρὶ πᾶσι ὁμοίω.
ὧς τὲ σε μὴ τε ἀελοῦ ἔλπιζαν, μήτε τι λήθαι
γνώσῃ δ' ἀνθρώπων ἀνθάρετα πῆματ' ἔχοντα.

τλήμονες, οἳ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὐκ ἐσορῶσιν,
οὔτε κλυοῦσι. λῦσι δὲ κακῶν παῦροι σωίσασιν.
τοῖν μοῖρα βροτῶν βλάβῃ φρένας, οἳ δὲ κυλίνθουσι
ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πῆματ' ἔχοντες,
λυγρῆ δ' ἄστυπαδὸς ἔρις βλάβῃ σαλέλυσε
σὺ μῦθος, ἢ οὐ δὲ λαί πρὸς ἀγαθῶν, εἰκόντα δὲ φεύγειν.
ξεῦ πάτορ, ἢ πολλῶν τε κακῶν πανσφας ἀπαντας,
ἢ πᾶσι δειξάμε, οἷον ἔθ' ἀίμονι χρωῖνται
ἀλλὰ σὺ δάρεσαι, ἐπεὶ δειῶν γένος ἐσὶ βροτῶσιν
οἳ ζῆλον πρὸς φέρουσα φύσις δεικνύσιν ἔκασα
ὧν εἴσοι τί μέπει, κρατήσας, ὧν σε κελεύω
δὲ κατέσας, ψυχῶν δὲ πόνων ἀπὸ τῶν δὲ σαώσας
ἀλλ' ἔργου βροτῶν, ὧν εἰπομῶν, ἔμ τε καθαροῖς
ἐντε λῦσαι ψυχῆς κρῖνον, ἠὲ φράζου ἔκασα,
ἢ νίσοχον γνώμῶν σήσας κατὰ πρῶτον ἀρίστων
ἢ Δ' ἀπολείψας σῶμα ἐξ ἀδὲξ' ἐλευθέρου ἔλθῃς
ἔσασαι ἀδανάτορ, δειῶν, ἀμ βροτῶν, οὐκ ἐτι θνητῶν

πέλορ τ' ἔργων ἐπὶ μὴ πῆματ' ἔχοντα.

A +

CARMINA AVREA PYTHAGORAE

Latinis uersibus expressa Caspate Ursino Valio interprete.

Immortale deos primum genus ordine lectos
 Phasq; sacramentumq; colas. herodas ab illis
 Illustreis, nec non habitantia numina terras
 Legitimis etiam sacris operatus adora.
 Deinde patri reddendus honos, carisq; propinquis.
 Optimus ex alijs uirtute legatur amicus.
 Lenibus obsequitor iussis, quæ profore credas.
 Illum autem exigui ne reiice criminis ergo.
 Quatenus ipse potes, pote sed confine necesso est.
 His ita perceptis uentri, lentoq; sopori
 Figere disce modum, & franes ante omnia luxum
 Irasq; .at neq; tu crimen socialiter ullum
 Nec sine teste quidem admittas quin protinus ipse
 Te uereare. colas dicto, factisq; salubrem
 Iustitiam. & nunq; temerarius esse labores.
 Lege scias fati mortis deberier omnes.
 Querere res alias, alias impendere cures.
 Quotq; dei affligunt mortales casibus ægros
 Fer bene, nec doleas si forte quis ingruat horum.
 Quos releuare decet quantum pote; sic quoq; & istud
 Collige, multa malis fors talia sæpius infert.
 Tamq; solent homines prauum; q̄ dicere rectum,
 Quorum nec crucies animum sermonibus. at ne
 Impediare tamen. falso rumore laboras
 Fortiter usq; fer as. iam hæc & mea perfice dicta
 Nemo nec alloquio, nec re te fraudet in ulla.
 Nec temere facias, nec quod sit inutile dicas

Consilium

Consilium pete maturum ne improuidus erres.
 Degeneres animi faciunt, & inepta loquuntur,
 Cuius poeniteat te rem caue feceris ullam.
 Ante quod ignoras q̄ tentes, discere malis
 Quid sit opus, sic iucundum traduxeris æuum.
 Sed nec despicias seruandi corporis artes.
 Iusta cibi, potusq; & sit mensura laborum,
 Mensuram dico quæ non queat esse dolori.
 Viuendi ratio sit pura, sit integra semper.
 Quæcunq; inuidiam irritant facere illa recuses.
 Dilapidare caue nummos ceu nescius uti.
 Pelle tamen sordes, modus optima regula rerum.
 Irrita ne facias animo facienda reuoluas.
 Sed neq; luminibus fessis admitte soporem
 Ante ter acta die q̄ mente reuolueris alta.
 Quid factum? infectum ue mibi? pulchrum ee quid omisi?
 A primis iam inde incipiens ad summa uenito.
 Indoleas prauis, factis bene plaude uicissim,
 His studio incumbas omni, hæc & sedulus optes,
 Hæc te uirtutis supra ad uestigia ducent,
 Per tibi nostræ animæ miscentem iuro perhennis
 Naturæ laticem, qui rite quaternio fertur.
 Utq; opus absoluas diuum exoranda uoluntas
 Certa prius: quorum his placata mente potitus
 Immortalia qua consistunt numina lege,
 Et qua mortales abeuntq; manentq; uicissim
 Singula perspicies, & naturam omnibus æquam.
 Ne quid te lateat, neu spes deludat inanis.
 Sponte sua accipies damnis incurrere multos
 Ha miseros quoniam non proxima commoda cernunt,

A 5

Nec sentire queunt: pauci se exoluere norunt.
Tale hominum mentes fatum quatit, atq; cylindri
More leues alia ex alijs in damna trabuntur
Innumero. comes importuna atq; insita furtim
Lis agit, quam ne accersas, fugiasq; sequentem,
Iuppiter o multis aut eripe casibus omnes,
Aut hominum quæ sit fortuna ostende benignus.
At tu o fide genus generi mortale deorum
Miscetur, cui natura arcana omnia pandit.
Quorum aliquid tibi si cordi est ceu multa medendo
Quæ iubeo tolles, mentemq; laboribus istis
Implicitam exolues. Verum illa cibaria uites
Quæ ueto, iam ut purges animum, ut tibi libera sit mens.
Contemplator, & aurigam uelut adde supremum
Iudicium, ac tandem fugies ubi corporis artus
Aethera tranabis liquidum mortalia linquens
Liber, & ipse deus genus inuitabile fies.

Finis aureorum carminum Pythagoræ.

C. VRSINI VELII AD ERASMVVM
RHOTERODAMVM EPISTOLA.

Finibus egressum Heluetijs ubi raurica durus
Arua colonus arat, linquentem & moenia pulchræ
Vrbis quæ Graium retinet Germanica nomen,
Me ducis exacti regio ciuilibus armis
Fertilis imprimis frumenti, fertilis uuæ
Excepit locuples, quamq; breuis. optimus illhic
Capnion oppidulo quod Neccarus alluit arcto
Littera culta illi simul est tua reddita, lauto
Hospicio ignotum accepit, cœnamq; subinde
Multa super magno rogitans produxit Erasmo.

Inde Sueuorum perreptans oppida, propter
Danubium lætæ successi mœnibus Vlmæ
Empturus lintrem quo protinus amne secundo
Prouerherer, sed enim quidam mercator auarus
Paruo conductis ratibus præcidit emendi
Propositum. læti conscendimus, utimur auræ
Optata, uetus ad Lauginum adpellere iussi.

Hic neq; dum saturos dormitum duxit eosdem
Mane uasfer loculis dimisit inanibus hospes.

Lux illa affulsit tristissima, namq; sub horam
Forte recedentis Phœbi contraria surgens
Tempesta ponti adstigit nautamq; ratemq;
Aduerso, contum arripio perculsus, ibiq;
Auxilia implorans diuum perniciouser udans
Saltu incredibili terram, littusq; tenebã.

Enatat incumbens temoni corpore nauata
Incolumi, & mecum fixo retinacula palo

Alligat . hinc alij proluti fluminis unda
Exiliunt trepidi, & riparum in margine pendent
Vix tandem implicitis dextris ad tuta recepti.

Hinc pedibus Verdani contendimus in tonat alto
Iuppiter, & largus caelo delabitur imber.
Caupone hesternus nos aequior accipit hospes,
Qui senior cubitum pulchra cum coniuge noctu
Se referens, pingui commisit cetera promo.

Mane fores pepulit reuocans nos nauata resarctae
Imposuitq; rati ualidi incubuere uicissim
Remigio iuuenes, ut pontem euasimus Istrum
Qua Lycus ingreditur uiolens, iam phœbus habebat
Plus medium caeli spacium: fremit acris inani
Ventre fames, & amor cunctos subit unus edendi,
Accipit expositos hic sub lare paupere quidam
Fumosi turguri, dapibus cui parcere coctis
Mos erat, & certis non sumere uina diebus.
Ille superstitione uolens me stringere eadem:
Nil mihi preter aquam posuit cum pane secundo,
Posterius uitreum puero portante salinum.

Cogimur irato cuncti discedere uentre
Et tardum remis iam uerrere fortius amnem
Donec Chrysolim sero peruenimus, illic
Latrantem dapibus stomachum placauimus omnes
Lassa breui post hæc referentes membra quieti.
Namq; prius roseis digitis q̄ lutea coniux
Tithoni lucem terris diffunderet almam
Nautica uox segnes ad robora fluxa uocabat.

Tum mage precipiti decurrit flumine remis
Aëta ratis, donec quæ collibus adiacet urbem

Vina quibus

Vina quibus tristi grauiora leguntur aceto
Attigimus, pransum cuncti properauimus illo.

Hic quia forte cæti non cauit rustica felis
Insidias, pisces, de lance trahentis edules
Mater acerba domus fugientem irata puellam
Insequitur, circum caput illius undiq; furuæ
Cum patinis olla uolitant, cum lancibus unctis.

At nos ereptos semesa cibaria pisces
Faucibus, atq; auidae unguiculis animantis acutis
Carpimus inuitis uiciatam dentibus escam.

Hinc Regi dictam de nomine tendimus olim
Precipue ditem, rebus nunc turpiter urbem
Accisis humilem, quoniam centum amplius annos
Iudæis prædæ spurcis fuit, inde profecti
Orta luce ratem nauis mutauimus omnes.

Accreuit comitum numerus dum nauita plures
Inseruit lucris inhians, iam clamor ad auras
Magnus ijt placidos orantum numina uentos,
Cœlicolisq; omnes incondita carmina dicunt.

Miles erat comites inter tam moribus aptis,
Quæ bene conspicuus forma, & uestitus honeste.
Hic flentem assidue dictis solatur amicam.
Ac nil proficiens causam rogat, illa relictum
Fleuit amatorem iam cui consueuerat annis
Pluribus, & lecto & mensis accepta benigne.

Commodus hic miles cepit, mireq; factus
Qualibet ad risum facientia dicere læta
Omnia festiuis salibusq; iocisq; remiscens.
Quæ risum excuterent natæ crudeliter orbis
Maternum funus ducentibus, atq; paternum.

B

Illā uelut Niobe nihilum commota sedebat,
Donec sic miles flentem miseratus: at o uos
O potius pereatis, ait, lucentia mundo
Sydera, q̄ hęc tales flendo corrumpat ocellos.
O Ebalidā nautas ignota per aquora ducunt.
Hęc cupidos oculis quouis deflectit amantes.
Quo dicto cuncti risere suauiter, illa
Prorsus amabiliter ter sis arripit ocellis.

Iamq; e conspectu cuneata Patauia nautam
Admonuit lucri, puero iubet æra uiritim
Exigat. hic miles socios treis abdit opertos
Sarcinulis, storeaq; ac nos insidere iussit.
Simplex fraudatur precio puer. hoc ubi tristis
Sensit herus postq̄ egressi diffugimus omnes,
Ingerit ignauo conuitia, & improbus illum
Nocturno incœnem sub dio frigore punit.

Festa dies aderat cum post ieiunia soles
Per quater acta decem libertas quicquid edendi
Exoptata redit populis, sunt omnia leta.

Hic me diuinis dum reddo, benignus amicis
Seruio, quos hilares post tempora longa reuifi
Totum abijt biduum: lux tertia reddidit anni
Auulsum notis, carisq; sodalibus ægre.

Mœnia tum Lintij preteruehor usq; Matbuse
Vectus ad exustas Vulcani uiribus ædes,
Dum borea excit æ crebrescunt undiq; flammæ.

Hic mihi pene latus durissima culcitra læuum
Fregerat, insomnem duxi noctem prope totam.
Anniculus siquidem uelut hœdus uagij infans.
Nec tamen ille suo ploraturum pere somnum

Nutricis poterat, sensit uicinia tota
Opplorantem illum, & mammam sine fine uocantem.
Postera lux pulchro ueniens surgebat Eoo
Omnia rite locans dat rauco nauita signum
Cornu, non hominum subito genus aduolat unum.
Ecce tibi uxorem properans imponere quidam
Insilit: atq; manum profert de puppe sequenti.
Illa pedem supra uiuaria quæ prope ripas
Nauigij specie stabant improvida figit,
Non cesura putans, gelido & demergitur anni
Pube tenus, nos arreptam capite atq; lacertis
Semianimem exerimus, faciesq; annisq; decentem.
Palluit ipse metu uir consternatus & ira.
Ast ego tunc illam nugis solabar amœnis
Diluuium narrans P yrrhæ, nostrisq; futurum
Temporibus, geminas cum uertet aquarius urnas
Terribile auditu, campos, simul oppida, montes
Contegat oceanus, nec terra uidebitur ulli.
Talia portendi crudeli sydere quidam
Olim iam horrifico præfagiuerunt tumultu.
Qui quid agant norunt superi, mentesq; recludunt
Cœlestium, uelut audierint Iouis ore quod aiunt
Bis sex concilijs accepti, epulisq; deorum.
Iamq; die nauis toto per amœna fluenta
Optatis agitata auris noua littora radit
Proxima Pannoniæ longa statione Viennæ.
Omnes egredimur lati, & præclara subimus
Mœnia, quo decimo tandem post mense reuerti,
Incolumem Collimitium, sociosq; salutans
Exilio ueluti reduces, quos horrida pestis

Egerat inuitas diuersas querere terras.
 Postremus redijt gelidis præcanus ab oris
 Gundelius quo uix bodie iucundior alter
 Viuit homo: non & Detio dilectior alter
 Cultori Decio nostri gregis, & studiorum
 Quæ castæ Aonides tutantur, & augur Apollo.
 Coniugis ille nouis ut opinor amoribus ictus
 Serius atq; alij redit ac connubia celat,
 Priuigno tantum comitatus uictoricus uno.
 Atq; ego fessus huic simul ac sum redditus urbi,
 Vt uia longa suum, sic cepit epistola finem.
 Finis Epistolæ.

C. VRSINI VE=

LII VARIA EPIGRAMMATA.

DE VRBE VENETA EPIGRAMMA.

Vidit in Adriacis surgentem fluctibus urbem
 Iuppiter, & uisa constitit urbe deus.
 Dumq; aciem partes uoluit stupefactus in omnes,
 Et quatit ambrosio uertice cæsariem:
 Inuidit fratri fortis noua regna secunda.
 Et sua damnauit sceptrâ, poluinq; deus.
 Quinetiam ut sanctum uidit cum gente senatum,
 Et dantes populis iura, mariq; pios.
 Imperiolate Neptune potitus aquarum
 Vis ne iterum sortes experiamur? ait.

ALIUD.

ALIUD.

Nuper ab oceani mensis cum rege deorum.
 Cælestes repetens aurea Iuno domos.
 AEquore in Adriaco florentem ingentibus urbem
 Imperijs, Venetis & dea uidit opes.
 Vidit, & erubuit superum regina uocari:
 Dixit & ad reliquos uersa repente deos.
 Nubere cum fratri licuit Neptunia coniux
 Clarior illa, mei q̄ Iouis uxor eram.

DE falsa diluuij præfensione.

Pone metum quicumq; times, securus aquarum
 Dum populis Clemens septimus intererit.
 Cui sua regna uolens permisit Iuppiter, illi
 An sua Neptunum stulte negasse putas?

DE musis & Venere.

Mollia cum Veneris spreuissent numina musæ
 Sic est Pierio diua minata choro.
 Aut nostrum Aonides numen celebrate puella,
 Aut huius ferient uos quoq; tela dei.
 Tunc illæ, nobis ne quicq; absisteminari,
 Improbus ad musas non uolat iste puer.

DE fratre occidente sororem adulteram.

Cum foderet mœchæ iugulum mucrone sororis
 Resperfus calido sanguine frater, ait.
 Testor iniqua soror superos, manesq; parentum
 Nos infelices qui genuere duos:
 Non alio potui q̄ flumine sanguinis huius

Abluere infausta turpia probra domus.
Forſan & a multis in te ferar impius unam,
At pius in noſtrum ſtagitioſa genus.

DE filio occiſuro matrem adulteram.
Depreheſſe iugulo matris iam condere moechæ
Tela parans, ſtricto filius enſe ruit.
Quo minus occidat uincit natura furorem,
Flagitium pietas, pectora nuda manum.

DE Sodalitate Pufchiana.
Haud procul antiquis excelsi moenibus AEſij
Qua fluit exigua Tybris amœnus aqua.
Collibus impositam Tuſcis rex AEolus arcem
Aſiduo boreæ frigore, uicq; ferit.
Quam fugiens Roma incoluit liberrimus olim
Pufchius, & Pufchij dulce ſodalicium.
Dum non uentorum tempeſtas horrida ponit
Continuo ſocijs Pufchius iſta refert.
Si deus eſt nobis contrarius unus, in unum
Iure licet iam nos extimulare duos.
Soluite Vulcano, nunc ſoluite frigora Baccho
O ſocij, & uinis in cluiſſe iuuet.
Auditis uana uictus fremit AEolus ira.
Luceat igne focus, lingua ſit uida mero.

IN ſtatuas Coritianas.
Ecquid adhuc hominum generi memorabile deſit
Siue quid ingenio, ſiue quid arte paret?
Namq; uel iſta deos credas in marmora uerſos:

Iſta uel in magnos marmora uerſa deos.

IN Quendam Puſillum.

Queritis exacta lateat cur meſſe Quirinus
Tunc cum Naupliadae bellica migrat auis.
Pigmeo ſimilis ne rapta ſit alitis eſca,
Dicitur acriæ colla timere gruïs.

DE Amica.

Quis dubitet fontes ardere? quis humida quondam
Flagraſſe in medijs ſaxa negabit aquis?
Amne uolutatos Xantho uiolentius ignes
In mare cum tepidus fluxit arena, cinis.
Vrunt me lymphæ Tyberinides Angela nuper
Quas roſeo in noſtras ſparſit ab ore genas.
Sæuior AEtneo membris furit omnibus ignis
Ignis inextinctæ quem peperisti aque.
Hei mihi quæ flammæ didiciſtis tollere lymphæ
Auxilium, ſi nunc uritis, unde petam?

APOLLO DAPHNAE.

Thaſta ſubiecta componere mollia lauro
Membra, & amatorum uidit Apollo gregem.
Vidit & hæc dixit, uulgata miſerrima Daphne
Innumeris, poteris unius eſſe Dei.

IN Sereniſſimum Regem Pannoniæ Ludouicum
haſtarum certamine uincenem.

Rumpere fraxineam clypeis obſtantibus haſtam
Aureate uidit rex generoſe Venus.

Et cum Marte suo melius tua tela moueres,
Hæc est ad Geticum uerba locuta deum:
Huic equidem regi, Vulcania uincula mallem
Ante deos iterum, quæ tibi iuncta pati.

IN eundem uenantem nondum egressum ex Ephëbis.
Nuper ubi adspexit te formosissime regum
Alma Venus latebris exagitare feras.
Hortarique canes celeres, et figere ceruos.
Et dare setigero uulnera certa sui.
Hæc dixit talis si noster Adoni fuisses,
Non me a turbasset gaudia seuus aper.

DE Serenissima Regina Pannoniæ Maria.
Cur fletet natum Cytherea rogauit incertum
Ille arcum amisit et mater, ait
Tunc dea, quis rapuit tantus tibi? rettulit ille,
Pannonio Regi nupta decens Marie.
Rursum hæc, qui potuit? hæc reddidit ille, putauit
Deceptus forma me dare diua tibi.

AD reuerendissimum D. Ladislauum: Zalcianum
archiepiscopum. Strigoniensem.
Ante Iouem longo certamine Pallas, et augur
Delius, et coniunx disseruere Iouis.
Quod maiora dedit tibi numen, ut illius esses.
Diuitias Iuno, carmina Phoebus ait.
Pallas, ego huic pectus. uos ne contendite dixit
Iuppiter, bis maius cum dabo, noster erit.

AD magnificum

AD magnificum D. Georgium Silesium regis
Pannoniæ a secretis.

Quæ pueris eadem fuerant, diuersa Georgi
Nunc studia in melius diis, meliusque ferant.
Ut regum adfuesces aulis tibi Iuppiter auctor.
Me colere Aonidum iussit Apollo nemus.
Tu facis eximie: tenues ego carminis orsus
Cogito. tu sulcas æquora, littus ego.
Quæ me cumque premet, quæ te fortuna beabit:
Conditio dispar nostra sit, æquus amor.

DE oppido Cremisyrio Morauia ductu Reuerendissimi
Domini Episcopi Olomutzensis instaurato.

Nobile Cremisyrum sed tantum nobile sancto
Præsede, quem uocitat terra Moraua patrem.
Quantum Roma suo terris prælata Quirino
Et quantum Augusto debuit aucta suo.
Tantum Pontifici debes urbs excita Turso
Vrbis qui faciem nunc tibi restituit.
Surgis et hoc, non uana loquor, par auspice magnis
Vrbibus in caelum moenia læta feres.

HORATIA a fratre occisa in alabastris
Occubuit ferro crudelis Horatia fratris,
Vitam cui ferrum reddidit artificis.

IN signum Laocoontis in hortis Pontificiis.
Marmore Laocoon uno sua membra, suosque
Filius hic artus alter et alter habet.

Latiferiq; una spirant, geminiq; dracones
Implexa humanis corpora corporibus.
Naturæ artificis manus æmula, nunc quoq; uictricæ
Cum geminis una ter geminos peperit.

ALIVD.

Dij quibus excidium Troiæ fatumq; dolori
Triste senis quondam Laocoontis erat.
Artifici solos perhibent quod posse, dederunt
Ut uitam cœlo redderet exanimis.

ALIVD.

Ex patre Laocoonte dedit natura gemellos,
Cum patre ars geminos Laocoonte parit.

EPITAPHIÛ diui Maximiliani Cæsaris.

Memmona plorauit natum Tithonia coniux,
Et rosæ lachrymis immaduere genæ.
Fleuit & AEaciden Thetis Oceanitis Achillem,
Intumuit liquida Doris amaricie.
Nunc uirtustuate Cæsar nutritia luget,
Nec fuit Alcide tristior ante rogam.
At quanto hæc illis maior dea, maior & illis
Tu soboles, tanto iustius ista dolet.

ALIVD.

Quod potuere homines patremq; piūmq; uocabant.
Dij te fecerunt quod potuere deum.

EPITAPHIÛM seu tūmulus Euriali
pueri scitissimi.

Ciuis. Hunc etiam uiolenta tulit præ Iuppiter atrox
Parca, etiam puerum hunc abstulit ante diem.
Hospes Quæ puerū? Ci: iam bis numerantē quq; decēbres
Illum illum Eurialum delicias populi.
Ho: Quæ bona? Ci: Narcisso melior cui forma, pudicū
Ingeniū, in uultu nuda decensq; charis.
Ho: Cur nō exoritur flos hinc quoq;? Ci: terra sepultū
Hunc amat, & flammis aret adusta nouis.
Quam si lachrymulis iam forte rigaueris, herbas
Inter odoratas flos nouus exiliet.

HORATIVS.

Arte catus, satyra uaser, ac bene carmine cultus,
Lynceus ingenio, lumine lippus erat.

IN amicitiam simulatam Romæ.

Cum mea fors nondum caderet promisit in horas
Sponte sua pronam creber amicus opem.
Hic tibi si sit opus credam sic, rettulit, æra
Hic libros, uestes, & mea uasa dabo.
Visamibi mira hæc, & quantū hac, fors bona, dixi
Tam cito amicorum creuit in urbe mibi.
Post ubi collabens multos mediocre rogassē
Auxilium, nullus qui dare uellet erat.
Omnes prætextu tamen excusantur eodem.
Et dicit bullas nunc emo quisq; duas.
Nescio quas dicunt bullas, ego mœstus amicos
Tam cito q̄ bullas interijse queror.

F I N I S.

Viennæ Austriæ per Ioannē Singreniū. Anno .XXIII.